



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 36. Bessarionis Nicæni declaratio Græcorum nomine facta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.  
A. C. 1439.

Græcorum Sessione, solemnī ritu publicandam esse decreverunt. Cum veropapa in decreto nihil omnino de consecrationis forma apponi voluisset, nisi Græcise etiam in hoc articulo Latinorum sententiæ accedere publice profiterentur omnes Græciæ Patres, paucis exceptis adversa valetudine præpeditis, ad summum Pontificis Palatium accesserunt, & Bessarion omnium nomine, præsentibus sanctis Cardinalibus, aliisque Prælatibus Congregatis, ejusmodi sententiæ declarationem pronuntiavit.

## §. XXXVI.

*Bessarionis Nicæni declaratio, Græcorum nomine.*

*Acta Horatii Justiniani Collat. 22. num. 9 ex to. 13. Labbe Conc. p. 1163.* **B**eatissime, & sanctissime Pater, & reverendissimi Cardinales, & omnes præsentis reverendissimi Domini, & Patris Quoniam in præcedentibus Congregationibus inter alias discussiones de differentiis inter nos & Ecclesiam nostram non credere sacramentum pretiosissimum confici per certum Dominum nostri. Propter hanc causam beatissime Pater, adsumus, ad certificandum sinceritatem vestram, aliosque Reverendissimos Patres, quod ab omnibus S. Doctõribus, maxime ab illo beato Joanne Chrysostomo non

Sæcul. XV.

A. C. 1439.

audiverimus, verba Dominica esse, quæ mutant, & transsubstantiant panem illum in corpus Christi, & vinum in sanguinem, & quod divina verba illa Salvatoris omnem virtutem transsubstantiationis habent, de necessitate ipsum Doctorem, & eandem suam sententiam sequimur. Præterea Pater beatissime, nec nos ignoramus quatuor requiri in consecratione pretiosissimi, & venerabilis Sacramenti, Primo materiam, quæ debet esse panis triticeus, aut fermentatus, aut azy-mus, quia in utroque conficitur veraciter, item quod minister sit Sacerdos, qui habeat sacerdotium ab Ecclesia secundum Canones. Item tertio formam, quæ est verba Salvatoris secundum sententiam S. Joannis præfati. Quarto beatissime Pater, intentio Sacerdotis, ut habeat intentionem consecrandi panem sibi propositum & vinum. Hæc breviter, Pater beatissime, de hac quæstione & sufficienter ad certificationem Sanctitatis vestræ & aliorum Patrum diximus, & quod semper Pater sancte fuerimus, & futuri simus in hac sententia, Sanctitatem vestram certissimam reddimus.

## §. XXXVII.

*Pontificis responsum ad hanc declarationem.*

Pontifex, qui attenta aure hanc dogmatis expositionem perceperat, sermone ad Græcos converso paucis, sed gravibus admo-